§ 6	**MLV. Imperator natalem domini Goslare celebravit ac deinde expeditione**[e] **in Italiam** ordinata **sanctum diem pasche Mantue egit, diem autem pentecostes Florentie**[f]; **ibique coram eo a domino papa generali synodo habita, multa correcta sunt. Imperator Adilberonem** marchionem **capitali sententie adiudicatum per interventum episcoporum dimisit.**	**MLV. Imperator natalem Domini Goslare celebravit ac deinde expeditionem in Italiam** paravit, et **diem sanctum paschae Mantuae egit, diem autem pentecostes Florentiae; ibique coram eo a domino papa generali synodo habita, multa correcta sunt. Imperator Adalbertum, capitali sententiae adiudicatum, per interventum episcoporum dimisit.**	MLV. Imperator natalem Domini Goslare celebravit ac deinde expeditionem in Italiam paravit, et pascha Mantue egit, diem autem pentecostes Florentie; ibique coram eo a domno papa generali synodo habita, multa correcta sunt. Imperator Adalbertum, capitali sententie adiudicatum, per interventum episcoporum dimisit.
§ 7	**Eodem tempore L aut eo amplius armati milites a Nordmannia latenter per mare transeuntes, Nordmannis contra imperatorem auxilium prebere cupientes a Pisonibus civibus capti**[g] **atque ad imperatorem delati** sunt.	**Eodem tempore L aut eo amplius armati milites a Normannia latenter per mare transeuntes, Nordmannis contra imperatorem auxilium praebere cupientes, a Pisentibus civibus capti atque ad imperatorem delati.**	
§ 8	**Imperator Ottonem, Novariensem episcopum, Constanntinopolim misit, ubi pro**[h] **Michahele nuper defuncto quandam feminam totius regni monarchiam tenentem**[i] **invenit, que**	**Imperator Othonem Novariensem episcopum Constantinopolim misit, ubi pro Michaele nuper defuncto quandam foeminam totius regni monarchiam tenentem**	Imperator Ottonem Neofariensem episcopum Constantinopolim misit, ubi pro Michaele nuper defuncto quandam feminam totius regni monarchiam tenentem invenit. XVII.

e) expeditionem *A.* f) Florentis *A.* g) caperti*; folgt* /: *A.* h) per *A.* i) tenente *A.*